

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Cum Luna in Scorpione constitutus, vires herbarum p̄ scriptarum trium inficit et inquinat. Nec

disimilem aut benigniorem se præstat, ubi cum Marte & Mercurio fuerit coniunctus. sed tamen hac solutio de fossione idarum plantarum accipio.

Caput decimumseptimum.

DE FOENICULO MARE, QVOD ALIAS HIPPO-
MARATHRON VOCATVR.

GENVS, PATRIA, NOMEN,

GENVS.
Prima Foeniculi
Species.
Hippomarathron.
NOMEN.
ירבוז
Iarbutz.
Othomarathron.
Foeniculum
equinum.
Kosfenchel.
Foeniculi alij
duo tantum ge-
nera faciunt.
Iarbus apud
Hebr. vnde
ירבוז: ירבוז
Iarib & Sam.
Paracelsus.
Olus Febris.
Seber fraut.
PATRIA.

PLANT A hac inter genera Fœniculi, natalibus quidem sylvestris sed efficacia potentissima, priscis illis Hebræis dicitur Iarbus siue ירבוז: Iarbutz, Serapioni Othomarathron, quibusdā ex Græco Foeniculum equinum siue Kosfenchel, & erraticum siue sylvestre: ac traditur alicubi ex quorundam sententia duum esse generum, mas nimirū & femina: quod nos (cum præter tria præsentia, nullū aliud vel qualitate vel efficacia simile inuenerimus) qualecunq; sit, hoc loco missum facimus. Apud Plinium lib. 20. cap. 22. præter nomen receptum, quod ibi refertur, etiam Myrseneum appellatur, hoc super adiecto: nihil hac planta aduersus Venena efficacius habitum: idque ex testimonijs Petricly &



SIGNATURA GENERALIS.
IMAGINE hac præsentis Venas totius corporis masculi, & qua in ijs continentur, sanguinem scilicet & virtutem vitalem, vegetabilem & naturalem, signamus.

Myconis, sibi hoc vsu longo cognitum scriptis editis professorum. Nec dubito Hippomarathron hoc nostrum, esse illud ipsum, quod Dioscorides lib. 3. cap. 82. descripsit, cui apud Hebræos nomen Iarbus à dictionibus ירבוז: ירבוז Iarib & Sam primum extitisse, & compositione earundem Iaribsam (quod est Vincetoxicum siue *vincetoxicum*) denominatam. Paracelsus ei nomen Olus febris siue Seberfraut, et multas variasque virtutes tribuit. Nascitur autem vt plurimum Syluis desertis, nec non montibus asperis & petrosis, maxime vero sabulosis & aridis. A me inuenta est supra Brigam oppidulum in Valesia, & alibi inter Brucum urbem, & arcem antiqui nominis Habspurg ad Arolam fluum.

Myrseneum.
Foeniculum ex
veteribus com-
mendant Pe-
tricius & My-
con.

FORMA, CONSTELLATIO, QUALITAS
HIPPOMARATHRI.

Qualitas.
Hippomarathri
cur loco maris
habeatur.
FORMA.
Radix.

SP ECIES hæc Foeniculi agrestis, radice, herba, & semine inter reliquas maxima est, calidissima, & efficacissima: ideoque lege Hypothesis assumpta, a nobis loco Maris merito habetur. Radix recta est, oblonga, & equalis: colore superficie cōuexa in cinereum potius quam candicantē aut flauum inclinat: odor inest vehemens & penetrans, sed non ita vt tertiæ speciei naribus gratus aut incundus: duritie, plus quam aliæ, constat lignosa: longitudine interdum sesquicubitalis euadit: gracilis tamen & extenuata perpetuo persistit, ita vt ad proportionem longitudinis nullam aliquā crassitiem me-



SVCCVS FOENICVLORVM.

SI radix sub finem mensis Maij. lapide quodam acuto siue osse cultrato, & ad ipsam medullam incidatur: vulnerata dehinc vasculum vitreū (quod arte ita formatum oportet, vt solummodo humorem extillantem recipiat, sordes vero & terram incidentem excludat) substituatur: eiq; facto tam radix denudata, quam vitrum, terra reingesta simul operiantur, atque isthic ad diem & sive mensis Iulij, decimum, vndecimum, vel duodecimum (quo tempore Sol Leonem attingit) relicta, tandem effodiantur, Humor tum quidam in vitrum exudasse visitur, qui per pannum lineum & rarum (vt sordities omnis inde segregetur) colatus, in cucurbitam conditur: & Alembico turbinato (cui tria insint rostra) probe superlutato, in cupellam arenariam impositus, igne lento vrgetur. Quod vbi factum fuerit, ex capite quidem A effluit liquor, qui exceptus diligenter asseruatur: ex reliquis vero duobus (qua litera B denotat) phlegma solummodo quoddam, qualitatibus in vsu quidē horrida admodum, fortis & vehementis: sed quod, vbi dicerēdo in massam fuerit coactū, ad varios affectus, pruatim vero aduersus Venena serpentum, vtiliter adhibetur.

Radix color,
odor.
Longitudo.

Indicium de
tate radice.

Herba.

morabilem acquirat: natura denique prædita est tam calida, vt raro (exemplo aliarum herbarum) aliquam ex frigore corruptionem sentiat, verum restibili viuacitate in multos annos perduret, & singulo Vere herba & flore nouo germinet. Etatem autem illius, forma herbe & seminis arguit. Quo enim fuerit annosior, hoc magis & herba viribus augetur, & semen pinguis oleosiusq; (vt ita dicam) euadit. Herba procul quidem spectantibus (cum visus ex longinquo proportionem solummodo & formā visorum percipere, sed non vt in propinquo recte iudicare valeat) speciem quandam Foeniculi obiectat: